

1188 abril. Girona

DONACIÓ atorgada pel rei Alfons I el Cast, a favor de l'Hospital de Pedret, a Girona, d'una renda anual de vuit esquitllades de forment sobre els molins reials de la ciutat. Trasllat de 30 de desembre de 1318, fet a partir d'un altre trasllat de 6 de maig de 1270.

[A]. Original perdut.

B. AHCG. *Llibre Vermell*, f. 1.

- a. L. BATLLE I PRATS. «Alfonso II en los cartularios de Gerona» a *VI Congreso de Historia de la Corona de Aragón*, Barcelona, 1962, v. II, p. 166-167.
- b. M. J. ARNALL I JUAN, J. M. PONS GURI. *L'escriptura a les terres gironines*, Girona, 1993, v. I, p. 315-316.

Donació¹ que lo senyor rey Ildefonç féu al spital dels masells de VIII squellades de forment censals sobre lo monar de Gerona.

Hoc est translatum fideliter sumptum tercio kalendas ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo octavodecimo, a quodam alio translato publico et autentico, cuius tenor talis est: Hoc est translatum fideliter sumptum quod incipit:

«Notum sit cunctis quod ego Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, intuitu Eius, per quem reges et principes regnant, et pro salute anime mee et parentum meorum, dono et in presenciarum pro nunc et pro omni tempore VIII squillatas boni frumenti et nitidi leprosis seu infirmis civitatis Gerunde. Ita scilicet dono eis predictam annonam: quod annuatim accipiant eam in meis molendinis ibi, et quod capellanus eorum recipiat eam ad suos proprios usus propter servicium quod eisdem leprosis erit factururus, tam ipse quam successores eius per secula cuncta. Preterea recipio domum et rescumque illorum et possessiones in meo ducatu et deffensione ubique locorum.

Actum est hoc apud Gerundam, mense aprilis, anno Domini M^o C^o LXXX^o VIII^o.

Sig+num Ildefonsi, regis Aragonum, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie.

Sig+num Raymundi de Villamulorum. Sig+num Petri Raymundi, portari. Sig+num Raymundi de Geronella.

Ego Petrus de Garnali hanc cartam scripsi et hoc sig- (*signe*) num feci».

Sig- (*signe*) num Michaelis de Ulmo, qui II nonas madii, anno Domini M^o CC^o LXX^o hec fideliter translatavit mandato Bernardi de Vico, publici Gerunde.

Ego Bernardus de Vico, publicus Gerunde notarius et iudex domini regis, qui hoc translatum cum² manifeste probavi, subscribo.

Eg- (*signe*) -o Guillelmus de Querio, publicus notarius substitutus auctoritate regia a Raimundo Simonis de Toyloano, publico Gerunde notario, hoc translatum ab alio translato predicto fideliter sumpsi et scripsi et de verbo ad verbum cum eo comprobavi et clausi, dimisso spacio vacuo in XI^a et XII^a lineis, scilicet in fine XI. et circa finem XII^c, pro eo quia in dicto translato in ipsis locis non apparebant littere, immo erat ibi quoddam foramen factum propter tineam seu corrosionem vermium.

1. Ildefons rey d'Aragó, fill del bon comte de Barchinona *escrit al marge superior*. 2. *Segueix un espai de 7 lletres aprox. en blanc*.